

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1263 - 1264

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

ecclesie plura posse commoda provenire.¹ «supplicastis nobis per.» datum apud Urbemveterem nonis novembris anno tertio. *1263 November 5 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 129^v.

236. Urbanus IV papa . . . electo Argentinensi concedit, ut Hugonem pauperem clericum Argentinensem in ecclesia sancti Petri Argentinensi, dummodo capituli ejusdem ecclesie, ad quod in ea collatio prebendarum pertinere dicitur, assensus accedat, in canonicum recipi faciat eique de prebenda providere procuret. «apostolice pietatis provenire.» datum apud Urbemveterem 15 kalendas januarii anno tertio. *1263 December 18 Orvieto.*

¹⁰ *V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 265.*

237. Urbanus IV papa . . . archiepiscopo Maguntino mandat, quatinus, cum . . . electus Argentinensis propter viarum discrimina et guerrarum incursus illarum partium sedem metropolitanam secure adire non possit ab illo diaconatus et presbiteratus ordinem ac munus consecrationis statutis temporibus recepturus, ei assignet locum aliquem, ad quem secure illius presentiam adire possit pro premissis, alioquin committat aliquibus episcopis gratiam et communionem sedis apostolice obtinentibus, qui ei ordines et munus hujusmodi eisdem temporibus conferant vice sua. «cum sicut dilecto.» datum apud Urbemveterem 10 kalendas marcii anno tertio. *1264 Februar 20 Orvieto.*

²⁰ *V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 292^v.*

238. Urbanus IV papa inclinatus precibus C[onradi] comitis de Furburch et universitatis Friburgensis mandat . . . abbati Truperti in nigra silva ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, quatinus Conradum clericum natum illius comitis proponentem, quod, licet quondam Gebeardo germano illius comitis, Constantiensi et Argentinensi canonico, apud sedem apostolicam, cujus erat capellanus, mortuo Innocentius papa canonicatum et prebendam vacantes sibi duxerit conferendos, tamen gratiam factam prosequi negligenter omittens nullum ex eo commodum reportaverit, in eadem ecclesia Argentinensi, si est idoneus et in predicta ecclesia Argentinensi residere paratus, in canonicum recipi faciat eique provideat de prebenda. «ad faciendam dilecto.» datum apud Urbemveterem 13 kalendas aprilis anno tertio. *1264 März 20 Orvieto.*

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 295.

Darnach Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 719.

³⁵ ¹ Urbanus IV papa . . . decano et capitulo ecclesie sancti Thome Argentinensis supplicantibus concedit pro Johanne clerico nato Nicolai dicti Zorn militis Argentinensis eandem facultatem. datum ut supra. *Aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 78^v.*